

Gospel for the Feast of Our Lady of the Rosary

Tonus evangélii

D


Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti




Evangé-li-i secúndum Lucam. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

I


-n illo témpore: Missus est Angelus Gábri-el a De-o in civi-tátem




Ga-lilæ-æ, cu-i nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cu-i no-



men erat Joseph, de domo David, et nomen Vírginis Marí- a. Et ingréssus




Angelus ad e-am, dixit: Ave, grá-ti-a plena: Dóminus tecum: benedícta




tu in mu-li-éribus. Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus, et




cogi-tábat qua-lis esset ista salutáti-o. Et a-it Angelus e-i: Ne tíme-as,





Marí-a, invenísti enim grá-ti-am apud De-um: ecce concípi-es in útero, et



 pári-es fí-li-um, et vocábis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, et Fí-li-us


 Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus De-us sedem David patris ejus:



 et regnábit in domo Jacob in ætérnum, et regni ejus non erit fi-nis. Dixit


 autem Marí-a ad Angelum: Quómodo fi-et istud, quóni-am virum non



 cognósco? Et respóndens Angelus, dixit e-i: Spí-ritus Sanctus supervéni-et


 in te, et virtus Altíssimi obumbrábit ti-bi. Ide-óque et quod nascétur



 ex te Sanctum, vocábitur Fí-li-us De- i. Et ecce, E-lísabeth cognáta tu-a,


 et ipsa concépit fí-li-um in senectúte su-a: et hic mensis sextus est illi,


 quæ vocátur stéri-lis: qui-a non erit impossíbi-le apud De-um omne



verbum. Dixit autem Marí-a: Ecce ancílla Dómini, fi-at mihi secúndum



verbum tu-um.